Stelis minutiflora Rchb. fil.! — *Icon. ined.* (S. 28.)
Pleurothallis m. Cat. 1841. p. 16.

S. parasitica insidens, foliis radicalibus lanceolatis, floriferis lineari-lanceolatis obtusiusculis, spica filiformi, alternatim multiflora, floribus minimis, petalis omnibus corollaceis pallide sulphureis, 3 sepalinis ovatis, trifoliacee patentibus, 2 corollinis intermediis brevissime transversis, circumvolutis usque ad medium labello deflexo ovato, concolore.

Hab. ad Rio de Janeiro Brasiliae.

Flores omnium Orchidearum forte minimi, vix 1/2''' diam.

Obs. Hanc Sp., quae usquedum Pleurothallis erronee putabatur, indefessa D. Rchb. fil. sagacitas Stelidem esse evicit.